



Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Pulsa domo sero mille nepotes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

Pulsa domo sero mille nepotes.

Quà Syris Hebron viret alta cedris,
Ignipes ales virides superbis
Hic domum ramis struit, in quietum
Pacis asylum.

Consulit Solem, teneroque pullum (a)
Vngue suspendens, iubet irretortis
Hauriat flammis oculis, nec ullus
Lippiat imber.

Sin is imbelli generosiorum
Indolem temnit genio, fugitque
Igneum sidus, pater hunc parentis
Abdicat vsu.

Qui parens claris aquilis alumnus
Hic an imbellem ferat, ut columbam
Degener partus violat decori

Stemma parentis.
Ille desertas petit exsul oras,
Quà cedri frondent Arabis arenis.
Sepiet dens à latus hic coronâ
Turba nepotum.

N O T A E.

(a) *Aquila pullos suos ad solem explorat : cuius
ocies palpitat, eum abiicit. August.*

(b) *Aquila apud Ezechielem dicitur accepisse
medullam Cedri, eam alibi ut transferat.*

AD